¶ Primum tangitur ibi Si vis. Secundum ibi: serua mandata. Et est hic rectus ordo quia finis mouet agentez vt se exerceat in debitum finem. Sequimur igitur formam mandati istius magni magistri: ꝛ antecẽ de istis preceptis aliquid dicamus: prius dicamus de obseruantijs mandatorum premittit motiuum: ꝛ postea subiungit actum per quẽ possumus deuenire in debitum finem. Et notanduz q; quattuor sunt que monẽt nos ad seruandum mandata dei.

Primũ ast auctoritas siue dignitas mãdantis.

Scõm est vtilitas obseruationis.

Tertium est transgressionis periculum.

Quartum est irreprehensibilitas mandatorum.

Quando ille qui mandat est magne auctoritatis obseruatio est magne vtilitatis: ꝛ in transgressione est magnum periculum ꝛ irreprehensibile est mandatum: tunc nullus est qui possit habere excusationem de obseruatione mandatoꝝ: auctoritas mandantis que deus est q̃ mãdat obseruari mandata: est eẽ magne auctoritatis quod patet ex tribus.

Primo q; sub magna potẽtia nos creat.

Scõo q; sub mira sapientia nos regit.

Tertio q; sub mirifica benuolẽtia nos saluat.

¶ Primo dico q; deus sub magna potentia nos creat. ps. Manus tue domine fecerũt me ꝛc. ꝛ Deuterono. Oculi tui vidierunt omnia magna opera que fecit vt custodiatis mandata eius. Secundo sub mira sapiẽtia nos regit. vnde Esa. Ego dominus docens te vtilia gubernans te in via in qua ambulabas: vtinam attendisses mandata mea. ps. Seruauit mandata tua ꝛ testimonia tua: quia omis vie t. in cõ. tuo cer. Tertio deus sub mirifica benuolentia nos saluat. vnde in Deutorono. Et nunc israel audi quid petit dominus de. t. a te. nisi vt timeas ipsum et diligas ipsum ꝛ ambules in vijs eius dominus qui te creauit: deus qui te gubernat: deus qui te saluat. Secundo dz nos monere ad seruanduz mandata dei obseruationis vtilitas: et licet sit multoforꝫ mis tñ ad tres reducemus.

Quia prima vtilitas est impetratio diuinorum carismatum.

Secunda reuelatio sanctarum scripturarum.

Tertia est assecutio celestium premioꝝ.

¶ Prima dico vtilitas obseruatiõis mãdatorum est impetratio diuinorum carismatum. vnde in Johanne. Si diligas me: mandata mea seruaueris ego rogabo pẽm meum ꝛ alium paraclitũ dabit vobis. Secunda est intelligentia sanctarum scripturarum. ps. Super senes intel. q; mãdata tua custo. ꝛc. Sed quõ ꝓueniemus ad intelligentiam sacraꝝ scripturarum: docet Grego. super istud. Discipuli quando viderunt Jesum nõ ipm intellexerunt: dicit Grego. q; audiendo dei precepta discipuli illuminati nõ sunt quia non auditores legis tantum sz seruitores iustificabuntur: propter hoc dicit Jacobus in canonica sua. Estote seruitores veri dei non auditores tantum fallentes vosmetipsos. Et dixit q; qui est auditor verbi dei nostri: ꝛ non factor cõparabitur viro consideranti vultũ suos in speculo. Si videt homo vultum suuz propium decies in speculo adhuc non sciet ipsum. Sed si videt vultum alteri⁹ extra speculum bene cognoscit: ꝛ hoc est propter fortem impressionem speciei su-

per organum visus secundum lineam rectam. Sed in speculo non est verus intuitus. Similiter quando homo audit verbum dei videtur et q ipsum intelligat sed statim recedit. Sed quando ponit ipsum ad experientiam bene operantur: tunc ipsum intelligit. ¶ Tertia vtilitas obseruationis mandatorū est assecutio celestiū premiorum. vnde in Prouerb. Serua mandata mea & viue: & legē meam quasi pupillam oculi tui. Hec est ratio quare deus homini existenti in paradiso dabit obseruantiam mandatorū. Iste tres vtilitates debent nos mouere ad obseruandum mandata dei. Tertio debet nos mouere ad obseruantiā mandatorum transgressionis periculum: q transgressor mandatorum incidit in multa pericula.

Primo q multa bona perdit.

Secundo in nephanda flagitia ruit.

Tertio eterna supplicia promeretur.

¶ Primo dico q transgressores mandatorū multa bona pdunt. vnde in Leuit. Si non audieritis vocem meam et non feceritis omnia mandata mea visitabo vos in egestate & calore qui cōficiet oculos vestros & consumet animas vestras: dicit visitabo vos in egestate que est priuatio omnium bonorum: & calore q conficiet oculos vestros: qui aufert affectum boni & intellectum veri. Psalmista. Dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum &c. ¶ Secundo transgressores in nephanda flagitia ruunt mandatorum. vnde in Bar. Non obediuimus voci domini vt ambularemus in mandatis eius: & audiuimus vnusquisq in sensu cordis sui maligni. Psalmista. Populus meus non audiuit vocem meam: & israel nō intendit mihi: & dimisi eos secundum desiderium cordis eorum: tales dat dominus in manus demonum. vnde in Danie. dicitur q pueri existentes in fornace ignis ardentis dixerunt. Peccauimus & iniquē gessimus & preuaricati sumꝰ. Et sequitur: traditi sumus in manus inimicorum nostrorum iniquorum regi iniusto pessimo super terram. ¶ Tertio trāsgressores eterna supplicia promerentur. Psalmista. Maledicti qui declināt a mādatis tuis. maledicti quia dicitur. Ite maledicti in ignem eternum. Ecce obseruationis mira vtilitas & transgressionis mira calamitas: ponit nos deus in medio operatur mirabiliter nobiscū. Quādo aliquis vult alijs ostendere procedit circa ipsum duplici ratione: scilicet ratione ostensiua: & ratione ducēte ad impossibile: sic facit dominus: ponit hominem in medio inter celum & infernum. In celo est eterna gloria. In inferno sunt eterna supplicia. Et quando deus ostendit homini gloriam paradisi quam potest promereri obseruando mādata: tunc inclinat ipsum ad seruandum mandata p rationem ostensiuam. Quando vo ostendit homini supplicia inferni: in quibus ruit si transgrediatur mandata tunc inclinat ipsum per rationem ducentem ad impossibile. Ecce proponit tibi maledictionem iude et benedictionem mathie: cum mathia ergo recipiamus benedictionem. De iuda dicitur q nolunt benedictionem & elongabitur ab eo. ¶ Quarto debet nos mouere ad mandatoꝝ obseruantiam irreprehensibilitas mandatorum. Mandatum est irreprehensibile quando non continet aliquid impossibile: nec aliquid oneroſum nec iniquum. Primo dico q mandatum dei est irreprehensibile quia non continet aliquid impossibile. vnde in Johan. Hec dei charitas est vt mandata dei custodiatis & mādata eius grauia non sunt: dicit hec charitas dei est: habenti enim charitatem mandata sunt facilia: sed non habenti charitatem difficilia: & ponit Augustinꝰ exemplum de aue sine plumis: aut habēti plumas est facile volare: sed aui nō habenti difficile. Similiter homini peruerse voluntatis videntur mandata difficilia que habenti charitatem sunt facilia. vnde in Deuterono. Mandatum quod dico et precipio hodie non est super te nec procul positum: nec in celo situm: sed iuxta te est valde sermo in ore tuo vt facias. Secundo sunt irreprehensibilia: q

non continent aliquid oneroſum: immo ſunt ſuauia. Unde in eccleſiaſtico. Nil melius q̄ timor domini: et nihil dulcius q̄ reſpicere in mandatis dei. Pſalmiſta. Deſiderabilia ſuper aurum et lapidem pretioſum: dulciora ſuper mel et fauum. Sed palato infecto cibus dulcis videtur eſſe amarus. Similiter hoi peruerſe volūtatis mandata dei que ſunt ſuauia et facilia videntur difficilia. Tertio ſunt mandata dei irreprehenſibilia: q̄ non continent aliquod iniquū. vñ Apoſtolus. Lex quidem ſancta ꝛc. Contungamus modo iſta quattuor: tangit ſcilicet auctoritatem precipientis: et vtilitatem obſeruationis: tranſgreſſionis periculum et irreprehenſibilitatem mandatorum. Et ſi iſta bene conſiderem⁹ non eſt aliquis qui ſe poſſit excuſare de obſeruatione mandatorum. Sed quod eſt mandatum primum et magnum in lege docet dominus dicens. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. Secundum eſt hoc. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Ex his vniuerſa pendet lex nature et prophete. Auguſtinus oſtēdit q̄ in iſto verbo mihi adherere deo bonum eſt continetur totum quod dicitur Diligea dominum ꝛc. Debemus enim diligere deum: quia hoc eſt iuſtum: ſanctum: facile et ſuaue. vnde Auguſtinus dicit. Deus quis mihi eo: et ego quis tibi vt ſemper facias me amare te: et ſi nō amem te mineris mihi indigentias miſerias: de illo ergo ſacerdote q̄ datus eſt in monte Moyſi oſtēdit quomodo debemus cuſtodire mandata dei. Uolo vobis oſtendere q̄ſ ſicut ſunt octo partes orationis que ſunt fundamenta omnium eorum que per vocem poſſumus exponere in grammatica: et decem predicamenta ſunt fundamenta omnium eorum que predicantur in dyalectica. Sic etiam ſunt decem precepta fundamentum omnium legum: voluit dñs q̄ non ſine ratione decem precepta data eſſent Moyſi: et dicaꝫ iſta decem in ghali. Non habebis deos alienos. Non aſſumes nomen dei tui in vanum. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Honora patrem et matrem tuam. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. Non falſum teſtimonium dices. Non concupiſces vxorem proximi tui. Non agrum. Non aliquam aliam rem. Et notandum q̄ omnis lex nō mandat niſi iuſtitiam. Eſt enim lex regula iuſtitie. Sed iuſtitia eſt ſecundum quam homo habet ordinari ad deum et ad proximum et ſecūdū hoc eſt duplex iuſtitia: vna que ordinatur ad deum: et alia que ordinatur ad proximum: et ſecundum hoc fuerunt date Moyſi due tabule: prima et ſecunda.

In prima continentur mandata ordinātia nos ad deum.

In ſecunda continentur mandata ordinantia nos ad proximum.

¶ In prima dico tabula continent mandata ordinantia nos ad deum. Deus autem eſt trinitas: pater filius et ſpiritusſanctus. Patri attribuitur maieſtas. Filio veritas. Spiritui ſancto bonitas. In patre eſt ſumma maieſtas adoranda. In filio eſt ſumma veritas feliciter aſſerenda. In ſpirituſancto eſt ſummabonitas ſincere tuneranda. Sed ſi iſta tria ex ordinatione eterna debemus facere: neceſſe eſt in prima tabula eſſe mādata tria ſecundum tria appropriata tribus perſonis diuinis. In primo mandato Non habebis deos alienos precipitur humilis adoratio diuine maieſtatis. In ſecundo mandato. Non aſſumes nomen dei in vanum precipitur fidelis affectio diuine veritatis. ¶ In tertio mādato Memento vt diem ſabbati ſanctifices precipitur ſincera dilectio diuine bonitatis. ¶ In ſecunda tabula continentur mandata ordinantia nos in proximum que ſignificantur per duo precepta legis nature ſcilz. Hoc facias alijs que tibi vis fieri. Et non facias alijs q̄ tibi nonvis fieri. Et ſm hoc eſt duplex pars iuſtitie. ſ. innocentia et beneficētia. Mādatū bñficētie eſt: honora patrē tuū

matrem tuam. Hoc est mandatum non solum reuerentie: sed etiam beneficij et obsequij et non solum est in patre sed in omnibus qui a patre procedunt. Mandatum innocentie necesse est multiplicari quia in hoc cōsistit vita vera: ob offensa proximi tui. Est autem triplex offensa scz in animo: in verbo: et in facto. Offensa autem in facto tribus modis fit scōm quod homo potest offendere proximum aut in psona propria: aut in persona coniuncta: aut in possessione terrena: ꝛ scōm tria mandata: non occides: non mechaberis: nō furtum facies. ¶ Sequitur de offensa in quinto ꝑm quā est verbū mandatum: Non falsuz testimonium dices. per falsum testimonium intelliguntur ola que homo potest dicere contra proximum. Offensa autem in animo duas habet radices ꝑm duplicem concupiscētiā: quia est concupiscentia carnis: ꝛ concupiscentia oculorum. Circa concupiscētiam carnis est vnum mandatum. Non concupisces vxorem proximi tui. Circa concupiscentiam oculorū est aliud mandatum: non agrum non aliquam aliam rē. Patet modo in generali que sunt decem precepta et penes quid accipiant.

¶ Primum capitulum.

Scende in montem et dabo tibi duas tabulas lapideas et legem et mandata que doceas filios israel. Declinate a me maligni et scrutabor mandata dei mei: legitur ꝙ beatus Gregorius qui fuit papa ꝛ doctor ecclesie habuit pro consuetudine ꝙ quando ibat ad studium legis diuine semper dicebat ista verba. Declinate a me maligni et scrutabor ꝛc. et quesitum fuit ab eo quare hoc faceret: ꝛ respondit Petro cui consueuit dicere secreta sua: ꝙ experimento didicerat ꝙ quando voluit cogitare in lege dei sentiebat semp demones sibi aduersantes. Jn aliis subtilitatibus non instigant demones: quia in ipsis non vident suum damnum: immo expectant emolumentum: sed quando fit mentio de documentis veritatis ꝙ per que fugantur demones et principes tenebrarum: occurrit armatus modo per occupationes: modo per phantasticas illusiones: et nititur reuocare animos hominum a studio veritatis: sed verum qō verba ista declinate a me maligni ꝛc. dixit beatus Gregorius sicut vir sanct⁹ qui virtutem habuit compescēdi demones: sed ego nō sum ex illis: ergo in principio rogemus dominum vt imperet demonibus ne nos impediant demones: ꝛ vt nobis det mentes serenas ad intelligendū verba de mandatis. Ascende in mōtem ꝛc. Dominus dixit verbū istud et Moyses verbo audito ascendit in montem et accepit duas tabulas lapideas legem et mandata in quo sequitur ꝙ si velim⁹ venire ad mandatorum dei intelligētiam debemus in montē ascendere: id est memoriam mentis: quia ꝑm impressionem lucis eterne lex nature est nobis data: et ꝑm illam lucem documēta legum suscepimus. Tange vera nobis alias qō certum est ex se: primo cadit in animā. Ens autem est creatum aut increatum: et ꝑm hoc est duplex iustitia: vna qua ordinamur ad ens increatū. Alia per quam ordinamur ad ens creatuz: ꝛ ꝑm duplicem iustitiam est data duplex tabula scilicet prima et secunda. Jn prima dantur mādata per que ordinamur ad ens increatum. Jn secunda dantur mandata per que ordinamur ad ens creatū. Ens autem creatum est causa efficiēs omnium rerum formalis: exemplaris et finalis. Ens autem increatum habet potētiam: sapientiam: benuolentiam: et producit omnia: et ista tria appropriantur tribus psonis in trinitate: maiestas appropriatur patri: veritas filio: et bonitas spiritui sancto. Summa maiestas est in patre humiliter adoranda. Summa veritas est in filio fideliter asserenda: et summa bonitas est in spiritu sancto syncere amanda. Jsta dicta fuerunt in generali: sed quia sermones circa mādata generaliter facti inutiles sunt nisi fiant in speciali. Propter hoc opz exemplificare

de mandatis in speciali. Dictum fuit in generali q̄ sunt decem verba quorū tria sunt in prima tabula: dicam vobis generale documentum. Eterna dei sapientia q̄ scripsit tabulas istas serenissimo modo larissimo modo: et facillimo modo que potuit tradidit. Serenissimo modo ne obnubilaretur nostra memoria: clarissimo modo ne offuscaretur nostra intelligentia: facillimo modo ne renocaret voluntas nostra. Primo videamus de primo mādato sicut enim videmus in alijs rebus q̄ primum opus est fundamentū omnium sequentium: sic primum mandatum est fundamentum omnium aliorum mandatorum. Prima verba de mādatis sunt ista in Exodo. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: a domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies sculptile neq; similitudinem eorum que in celis sunt: neq; que in terris neq; que in aquis sunt: non adorabis neq; coles ea. Ego dominus deus tuus fortis zelotes visitans iniquitates patrū in filios vsq; ad tertiam et quartam generationē eorum qui oderunt me: et faciēs misericordiam in mīa his qui diligūt me. ¶ Ad plenariam explicationem istorum mandatorum occurrunt tria.

Quedam pertinent ad mandati cognitionem: a ista debent premitti.

Quedam pertinent ad mandati obseruationem: a ista debent subiungi.

Quedam pertinent ad mandati integritatem: a ista debent interponi.

¶ Primo dico q̄ quedam pertinent ad mandati cognitionem: et ista debent premitti que sunt duo fundamēta fidei: prima est notitia creatoris: secunda est notitia peccatoris: et isti sunt duo radij siue duo oculi dirigentes nos semper in viam mādatorum dei: homo primo aperit oculos ātq; ambulat. Similiter debet homo prius cognoscere mandata per fidem q̄ exequatur mandata. Ad cognoscēdum autem creatorem dicit. Ego dominus deus tuus: per hoc q̄ dicit dominus insinuat potēciam dei patris: per hoc quod dicit deus insinuat sapiētiam filij: per hoc q̄ dicit tuus insinuat spiritussancti bonitatem. In hoc autem q̄ dicit ego: notat idemtitatem essentie: et in hoc notat deum trinum et vnum creatorem vniuersorum. Qui eduxi te de terra Egypti: hic notat donum reparationis per verbum incarnatum. Omnibus loquitur dominus quibus dedit preceptum: et omnibus dedit: licet prius daret filijs Israel de domo seruitutis id est peccati reductis: per sanguinem agni sumus redempti: hec verba dicit tota trinitas: dicit igitur ego debeo tibi obedire quem debes adorare: ego salz qui te feci in esse nature: et in esse gratie: debem⁹ igitur nos dicere. Domine tu es quē debemus adorare: cui debemus seruire: tu es qui me creasti. Pā. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit ꝛc. Venite adorem⁹ et procidamus ante deum ploremus ꝛc. sine istis fundamentis scilicet sine notitia creatoris et reparatoris nihil intelligere possumus: vt autem intelligamus ista: oportet scire adminiculātia scz que dicit sciētia vbi est prima cognitio nobis de mandatis: certe Moyses scripsit per spiritum sanctum. Sed qualiter habuit hanc cognitionem? certe quando dominus apparuit ei. Sed quomodo apparuit ei: certe in igne flamme rubi ardentis: et tunc dicit Moyses: tu quis es domine: et respondit domin⁹. Ego sum qui sum: et tunc dedit ei duo: scilicet lumen essentie trinitatis: et lumen veritatis: rubus ardebat: et hoc ostendit nobis mysteriuz incarnationis humane. ista sunt duo lumina et puncipalia fundamenta fidei: scilicet lumen essentie trinitatis: et lumen eterne veritatis: a mysterium incarnationis: et quando facimus crucem in fronte dicēdo. In nomine patris et filij et spiritussancti recognoscimus trinitatem et redemptorem faciendo crucem in fronte: patet modo que pertinēt ad cognitionem mandati que debent premitti que sunt cognitio creatoris et reparatoris. ¶ Secūdo sunt quedam que pertinent vel que valent ad obseruantiam

mandatorum: et ista debent subiungi. Omnia autē mandata affirmatiua sunt vt q̄ homo faciat bonum: negatiua vt vitat malum. Sed impossibile est q̄ homo vitet malum nisi per timorem. Propter hoc ad obseruantiam mādatorum duo sunt necessaria scilz timor et amor. Duis non potest volare sine duabus alis: nec homo potest ambulare sine duobus pedibus. Similiter non potest q̄s esse perfectus obseruator mandatorum dei: nisi sit repletus timore et amore. Sed nō repletur homo timore nisi ex consideratione seueritatis diuine: nec homo repletur amore nisi ex cōsideratione bonitatis diuine. Ista igitur est duplex consideratio hominum necessaria: sequitur dominus deus tuus fortis zelotes: quasi fortissimum habens zelum: scilicet eorum qui oderunt me: et visitans iniquitatem patrū in filios: non q̄ actualia peccata patrum vindicet in filios: sed cum filij fuerint imitatores scelerum paternorum: tunc dominus punit peccata eorum cuz peccatis patrum vsq̄ ad tertiam et quartam generationem: hoc dicit vt timeamus: et per timorē a malo declinemus: vnde in Eccli. Deum time et mandata eius obserua: hoc est. O homo id est ad hoc est omnis homo vis mereri. Unde ad summum complementum peruenias: time. Sed quomodo timebo? certe q̄ dominus est fortissimus zelator: vt ipse dicat: et faciens misericordiam in milia his qui diligunt me: dicit dominus quod visitat iniquitatem patrū in filios vsq̄ ad tertiam et quartam generationem: et q̄ facit misericordiam in milia his qui diligunt eum. In quo ostendit nobis q̄ misericordia et benignitas transcēdens vltionem iniquitatum quando cor hominis dilatatur per timorem tūc homo faciliter seruat mādata dei. Ps. Uiam mādatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. Omnis consummationis vidi finem latum mandatum. ꝛc. dicit q̄ mandatorum est via lata: tamen quibusdam videtur esse arcta: certe amātibus est lata: sed non amātibus videtur esse arcta: parti modo quomodo timor et amor valent ad obseruandum mandata. ¶ Tertio valent ad integritatem mandatorū: et ista debent interponi: et hoc tangit cū dicit. Non habebis deos alienos coram me: non facies sculptile neq̄ similitudinem eorum qui in celis: neq̄ qui in terris neq̄ in aquis: dicit tria soli deo est cultus debitus: cultus aliorum prohibet deus in ecclesia: et ex hoc implicat dei cultum in affirmatiua: sed in nouo testamento explicuit cultum dei: in affirmatiua quando dicit dominum deum tuū adorabis. ¶ Sed quare prohibuit deus cultū aliorum in negatiuum ꝛ non explicuit cultū dei vt dixisset affirmatiuā: certe quia facillimo modo dare noluit mandata: et ideo in negatiua renouabat vt implicaret in affirmatiua cultum dei. ¶ Notandū q̄ reuocabat ab omni idolatria: quādo omne quod adoratur aliud adeo: aut est creatura intellectualis aut angeli et demones: aut natura corporalis vt celū terra: aqua aut huiusmodi: aut est figmentum humane mentis. Sed quare posuit inter idolatriam figmentum: cū figmentum nihil sit in re. Dico q̄ idolū in se nihil est: immo fertur ad idem quod est in estimatione. ¶ Et videte quomodo sacra scriptura procedit creaturam intelligibilem ponit in suptemo figmētum in medio: et naturam corporalem in infimo. Unde primo prohibet idolatriam respectu creature intellectualis cū dicit. Non habebis deos alienos coram me ꝛc. Secundo prohibet idolatriam respectu figmenti: cum dicit: neq̄ facies sculptile. Tertio prohibet idolatriam respectu nature corporalis cum dicit: neq̄ facies similitudinem ꝛc. ¶ sic primo prohibet idolatriam respectu celestium. Ps. Quoniam omnes dij gentium demonia dominus autem celos fecit ꝛc. Secundo respectu terrestrium. Ps. Confundātur omnes qui adorant sculptilia: et qui gloriātur in simulacris ꝛc. q̄ homo incuruetur ad adorandum figmentum suum hec est perversio summa. Tertio prohibet respectu inferiorum. vnde apostolus. Qui cōmunica

uerit gloriam incōmutabilis dei: sequitur et seruierunt creature potius ꝙ creatori: ecce ꝙ vera adoratio dei implicatur et offitis idolatria prohibetur: habes modo adminiculantia ad mandata. Dico vtra ꝙ nos christiani vlterius debem⁹ videre et intelligere quia nobis patefacta est veritas: et secundū tria que prohibentur: magna lux et vera apparuit nobis prohibentur tria per que auertitur mens humana a reuerētia creatoris sui et per tria que prohibentur nobis omnes pactiones demonuz. Non habebis deos alienos ꝛc. prohibētur etiam omnes superstitiones false adinuentionis errorum ibi: non facies sculptile: reprobentur etiā omnes appetitationes mundialium creaturarum cum dicit: neq; similitudinem eorum ꝛc. Dico igitur ꝙ in primo verbo non habebis deos alie. ꝛc. prohibētur omnes prophane pactiones demonum: siue sicut per incantationes verborum siue per inscriptiones characterum vel imaginum: siue per immolationes sacrificiorum: in his tribus consistunt omnes artes magice: prohibentur etiā omnes prophane pactiones: ex quibus oriūtur artes demonum siue sint ad transmutationem naturarum sicut fecerūt magi Pharaonis siue sint ad ludificationem sensuum: sicut faciunt histriones: siue ad inuestigationem futurorum contingentium. Omnia ista vocat beatus Augustinus pactiones demonū: in talibus enim attribuitur creature quod debet attribui creatori: et ideo tales peccant contra primum verbum mandati. Non habebis deos alienos coram me. De talibus dicitur in Deuteronomio. Pronocauerūt me in dijs alienis ad iracundiam: et ideo secundum beatū Paulum apostoluz ad Romanos. Tradidit eos deus in passiones ignium: iste deus tradidit eos in manus demonum. Quidā litteratus diu studuerat qualiter posset diues effici et fecit linguam suam venalem longo tempore: et tamen semper egebat cogitabat ex quo non possum ditari per deuz ditabor per diabolū: eratq; ille de numero illorum qui non curant quomodo: aut vnde pecunias habeant: siue per fas: siue per nefas: contra quos loquitur beat⁹ Ambr. cum dicit. Frustra congregat opes qui se nescit his vsurū: quesiuit magicū inter Judeos ꝛ christianos ꝛ nullum inuenit: cogitabat ego experiar vtrū hoc fieri possit: iuit ad viam quandam vmbrosam et arenosam iuxta torrentem: et dixit. Ubi es demon qui semper queris homines decipere: ego sum hic vt dem tibi animam meam. Prima vice non venit quia forte deus nolunt permittere: venit secunda vice ꝛ adhuc non respondit et diabolus. Sed tertia vice venit diabolus et dixit. Quid petis a me? Respondit ille vt facias me diuitē. Cui diabolus primus adorabis me: et tūc ille incurvauit se et adorauit eum: et tunc diabolus habuit potestatem in ipsum et ludificauit eum ꝛ fecit quod vidēbatur ei ꝙ omnes illi lapides videbā tur esse aurum: et dixit ei diabolus: accipe satis de auro: tunc ille gaudens onerauit se illis lapidibus ꝛ portauit secum vsq; ad domum suam: et posuit in quadam loco illius domus et accensi sunt lapides ꝛ domus combusta est: ꝛ omnia que erant in domo: vix etiam ille euasit. Cogitauit non curo: ibo quesitum satis de auro: et cum venit ad locum illum vidit bene quod nihil ibi fuit nisi lapides et ludificat⁹ est. Sic igitur in primo verbo prohibentur omnes ꝓphane pactiones demonum. In scō omnes false superstitiones adinuentionis errorum. Omnis enim error est fictio mētis. Et rorem autem facit fantasia obnubilās rationē que facit qō illud quod non est videatur esse. Omnes false superstitiones adinuentionis errorum procedunt aut ex improbo ausu inuestigationis phō phice: aut ex puerso intellectu sacre scripture: aut ex inordinato affectu carnalitatis humane. Ex improbo ausu inuestigationis philosophice procedunt errores in philosophis sicut ponere mun

dum eternuz: ꝙ vnus intellectus sit in omnibus hominibus hoc est peruertere totam sacram scripturam: & dicere ꝙ filius dei nō est incarnatus. Ponere etiaz ꝙ vnus intellectus sit in omnibus hominibus hoc est dicere ꝙ non sit veritas fidei nec salus animarum: nec obseruātia mandatorum: & hoc est dicere ꝙ pessimus homo saluatur: & optimus dānatur: hoc igitur ponere puenit ex improbo ausu mue stigationis philosophice: & tales ponunt ꝙ impossibile sit mortale deuenire ad imortalitatē & q̄ hoc fingit tenetur et imitatur incidit contra scōm verbum mādati: scilicet nō facias sculp. et secundum hoc fictores omnes prohibentur. Item prouenient errores in aliquibus ex peruerso intellectu sacrarum scripturarum sicut sunt hereses hereticorum qui male sentiunt de trinitate et spū sancto tales sunt arriani et sabelliani et donatiste ꝛc. Item errores prohibētur qui prouenient ex puerso affectu carnalitatis humane sicut sunt errores epicureorum qui dicunt nullam aliā eē vitam q̄ istam. Nicholaiste dicunt ꝙ licet cuilibet turpiter facere q̄ dicunt nō habent ex sacra scriptura: nec ex altitudine divine sapientie. Omnes igitur errores quocunq; modo procedunt tanq̄ sculptilia debent abhominari: quia peccant contra hoc mandatum. Non facies sculpti. Item stultus factus est homo a sapientia sua omnis confusus est artifex in sculptili vana sunt eoz opa et risu digna ꝛ in tempore visitationis sue peribunt: standū super hoc est in gratia quod lumina fidei dictāt: & quicq̄d huic aduersatur totū debet abhominari: q̄n sui scholaris audiui ab aristotele ꝙ ipe posuit mundum eternum: & audiui rationes ꝛ argumenta que fiebant ad hoc et tunc incepit concuti coz meuz. Sz mō ista sunt ita manifesta vt nullus possit dubitare. De hoc patet modo quomō prohibentur omnes prophane pactiones demonum: in scō modo non facies sculptile prohibētur omnes prophane superstitiones adinuētionis errorum.

¶ Secundum capitulum.

NOn assumes nomē dei in vanū. Seruus tuꝰ sum da mihi intellectum vt sciam testimonia tua. Ideo dilexi mandata tua super au. ꝛto. propterea ad omnia mā. ꝛ. di. ꝛc. Prophetes Dauid in ꝟbis istis dicit ꝙ ex causa loqui debemus de mandatis dei: & oñdit ratione triplici.

Prima est vt inflāmemur ad dilectionē mādati. Nihil enim est ita vtile sicut diligere legem dei ꝛ mandata eius ꝛ propter hoc dicit: ideo dilexi ꝛc.

Scōo debemꝰ loq̄ de mādatis deivt meliꝰ cognoscamus: quanto enim hō frequentius vadit per viam aliquam tanto melius cognoscit eam: vnde Gregorius. Hō cognoscit frequētius videdo: sed via eundi in patriaz est in seruando mandata: sed non cognoscit homo mandata nisi audiendo loqui de mandatis: et ideo dicit da mihi intellectuz.

Tertio debemꝰ audire mādata vt odio iniquitates habeamus. Quādo hō incipit cognoscere iniquitatem et peccati deordinationes ꝛ que sunt contra deū: et tunc incipit detestari peccatum. Debemus ergo loqui de mandatis vt ipsa diligamus in via ad patriam dirigamur ꝛ iniquitatem odio habeamus ꝛ vt hec tria possumus cōsequi: ideo in pncipio Rogemus dominum ꝛc.

¶ Non assumes nomen dei invanum. Dixi q̄ sunt decem mandata decalogi que sunt fundamenta omnium legum: quorum tria continentur in prima tabula que sunt nos ordinantia ad deum trinum ꝛ vnum: et hoc secūduz tria appropriata tribus personis diuinis: in diuinis enim est paternitas filiatio et processio: & secūdū hec tria appropriata tribus personis patri appropriatur maiestas: filio veritas: & spiritui sancto bontas. Ista tria respiciunt triplex genus cause scilicet causam efficientem exēplaritatis et finis patri attribuitur causa efficiens: filio exēplaritas: quia est imago

patris ⁊ spūi sctō finis: in patre est sūma maiestas humiliter adorāda: in filio veritas fideliter asserenda: in spiritu sancto sūma bonitas sincere amanda: ⁊ secundum hec tria necessaria est in prima tabula esse tria mandata. Primum est non ha. d. alū. ꝛc. scōm non assumes nomen dei in vanum: tertium memento vt diem sabbati sanctifi. De primo mādato dictum est ꝙ quedam subiunguntur ad mandati obseruantiā: ⁊ quedam interponuntur ad mādati integritatem. Dictū est em̄ ꝙ in ꝑbo isto nō ha. ꝛc. ꝓhibetur omnis ydolatria respectu creature intellectualis: secundo prohiberur ydolatria respectu humane mentis cuz subdit non facies sculptile: tertio prohibetur ydolatria respectu nature corporalis et hoc respectu celestium ⁊ respectu terrestrium et respectu infernorum: cum dicit neqz similitudinem eorum que in celis sunt. Dictum etiam fuit quod in hoc qō dictt non habe. ꝛc. prohibentur omnes pactiones demonum siue per incantationes verborū sue, per scriptiones caracterū vel imaginuz siue per immolationes sacrificiorum. In istis consistunt oēs artes magice. Dictuz fuit etiā in scōo verbo nō facies ꝛc. prohibentur omnes ꝑphane et superstitiose adinuēciones errorum: ⁊ circa hoc etiam dictū fuit ꝙ omnis error prouenit aut ex improbo ausu ꝛc. aut ex peruerso intellectu scripture sacre: aut ex iordinato affectu charitatis humane: ꝓpter ꝑmū puniunt errores in philosophis sicut ponere mundum eternum et hmōi: propter secundum proueniunt in hereticis qui male sentiunt de trinitate et spiritu sancto: propter tertium in epicuris qui dicunt non aliā esse vitam quam istam: in tertio ꝟbo neqz similitudinē ꝛc. ꝓhibētur oēs peruerse appetitiones creaturarum aut est ratione sublimitatis: ⁊ circa hoc dictum fuit quod omnis peruersa appetitatio creaturarum aut est ratione sublimitatis aut ratione sufficientie: aut ratione delectationis: primo modo est ydolatria superborum: scōo mō auarorū: tertio lasciuorū: ista dicta fuerunt de primo mandato. Mō dicebaz ꝙ triplex est ydolatria: pactiones demonū superstitiose admuentiones errorum: puerse appetitationes creaturarū: in pactionibus demonum est summa omnīū vitiorum malitia: et radix omnium malorum. Ex his tribus ydolatrijs procedunt omnes falsitates et peccati deordinationes quibus misera anima demonibus subiicitur: vnde in Apoca. Exeze diaconis pseudo prophete et bestie quod procedit mittetur in stagnū ignis et sulphuris. Per diaconem signantur pactiones demonum: per pseudo propheram superstitiose admuentiōes errorum: per bestiam peruerse appetitationes creaturarum: ⁊ omnia ista prohibentur in primo mandato: ⁊ sicut deus in prima creatione quomodo omnia produxit sic in primo mandato omnia mala prohibet: ⁊ licet ad maiorem applicationem plura ponat mandata omisi dicere et videre oportet quando insultant nobis quod non seruamus mandatum et imponunt nobis quod ipsum transgredimur. In isto mandato continentur tria ꝟba. Mō habebis deos alienos coraz me. Non tibi facies sculptile neqz omnem similitudinem. De primo verbo dicit: dicunt quod dicit dominꝰ audi israel dñs deus tuus vnus est et vos dicitis trinitatem patrem filium et spiritum sanctum. ¶ Item dicunt quod nos facimus sculptile: quia ecclesie plene sunt imaginibꝰ. De tertio prohibet de adorari corporalem naturalem. Dicunt quod adoramus frustum panis: et hoc maxime videtur eis absurdum: de primo quod dicunt quod adoramus tres deos. Dico quod si adoramus tres psonas ita quod si diceremus quod essent ibi tres dñi et triplex essentia necessario oportet quod adoraremꝰ alienos deos. Sed adoramus patrem ⁊ filium et spiritum sanctum: sicut vnum deum vnaz essentiam. Unde sicut videmus in homine ꝙ est pluralitas naturarum: scilicet intellectualis ⁊ humana: ⁊ tamen est

ubi vna persona ecōtra est in diuinis vnitas essentie et pluralitas personarū. Dicit quidam iudeus vos dicitis quod deꝰ filium habet quare non habet vxorem. Isti iudei vilissime intelligunt deus pater habet verbum et spiritum sanctum: habet verbum per quod omnia conseruat verbum manat a dicente: et est deus de eo solus. Spiritus sanctus est q̄ profunda cordium scrutatur ille est deus: vnde homo quivult ista intelligere et de istis loqui oportet quod habeat eleuatissimas cogitationes non pedestres: qz aliter non potest intelligere altissima de deo quando ponimus trinitatem non ponimus Christum purum: sed deum cum homine: de secundo non facies sculptule et nos ponimus plures imagines in ecclesijs. Dico quod impossibile est diuinitatem sculpere: sed facimus Christi effigiem. Christi dico humani: et dico qđ duplex; est adoratio: scilicet dulie: et latrie: dulie possumus adorare illos in quibus est potestas sapientia et sanctitas: et sic adoramus principes et prelatos sicut in quibus est potestas. Adoramus etiam illos in quibus est sapientia et sic quinquagenarius adorauit Heliam: quarti Regum primo. ¶ Item adoramus sanctos in patria sicut illos in quibus est sanctitas imaginibus adhibenda est adoratio dulie: non inquantum est imago vel pictura: sed ratione illius quod per ipsam significatur: soli autem deo exhibenda est adoratio latrie: et in hoc prohibentur omnes prophane pactiones demonum et omnes falsę superstitiones ꝛc. et omnes peruerse appetitationes. ¶ Pro ampliori declaratione huiꝰ materie de adoratiōe imaginū nota fm tho. in. iij. par. q. xxv. arti. iij. in corpore articuli q fm phm duplex est motꝰ in imagine. Unꝰ est in ipaz imaginē inquantū est quedā res puta lignū vel lapis et hmōi. Aliꝰ in imagine inquātum est repsentatiua alicuiꝰ: et inter hos motꝰ est ista dfia: qz primꝰ motꝰ quo qs mouet in imagine, put est quedā res: est aliꝰ a motu q est in rē cuius. s. est imago. Scōs motꝰ q est in imagine inquātū imago est vnus et idē cū illo q est in rē. Igit si cōsiderem⁹ imaginē rpi et scōz inquātū est quedā res: puta lignum vel pictū vel sculptū sic nulla reuerēcia est exhibēda: qz reuerēcia nō debet nisi rōnali creature: sed si ꝓsiderem⁹ imaginē rpi vel scōz repsentatiuas: sic reuerētiā et adorationez exhibere debem⁹ sicut et ipis. ¶ De tertio qmaxie abhorrēt. s. de corpe Christi hoc est secretissimum: sed modo est prouulgatuz: aliquando dixerunt aliqui quod non est ibi deus nisi in signo sed intelligendum est quod ad prolationem verbi sacerdotis et intentionē dicentis substantia panis statim conuertitur in christi corpus quod habet vnicam animam cum diuinitate: et hoc est planum: dixit iudeus quomodo potest hoc esse. Dico qui potest separare substantiā ab accidē te potest facere quod non appareat substantia sensibus nostris que est sub accidentibus alienis: et adoramus verum corpus christi et deum trinum et vnum et in hoc virtus dei potentia sapientia et bonitas manifestant. Sz iudeus errat q pedester modo credit sentire. De hoc audiui quod quidam fuit incantator demonum quadam die cum quidam vellent impetrare aliquid a demone fecit ille quod venit in medio illorum et tunc venit quidam sacerdos Christi portans corpus et cum appropinquauit inclinauit demon. Similiter quando redijt: et dixit incantator. Unde hoc prohibuisti mihi ne adorarem Christum: et tu adoras. Respōdit demon: inuitus feci: nōne scriptuz est. In nomine ihesu omne genu flectetur celestium terrestrium et infernorum ꝛc. Ista sunt dicta de primo mandato. Non assumes nomen dei in vanum: et sicut in primo mandato precipitur humilis adoratio summe maiestatis sic in isto mandato precipitur fidelis confessio summe veritatis et prohibetur abnegatio veritatis: in mandato dicitur qui iurat in nomine dei iuret et non periuret et periurare idem est quod peiorare: et hoc est nomen dei ase

sumere in vanuz. Petrus dixit. Jurabis in nomine domini in veritate iudicio et iustitia: et dicit ibi glosa quod ibi tres habet comites iuramentum veritatem iudicium et iustitiam. Primo quod debet fieri iuramentum cum veritate. Unde dicit. Non assumes nomen dei in vanum hoc est sine veritate: intelligendum est autem quod duplex est iuramentuz: scilicet assertorium et promissorium: ita quod est in testimonium et in promissum. Fiat iuramentum assertorium sic. Hoc tibi assero et testificor per testimoniuz dominice veritatis: illud autem iuramentum debet habere veritatem. Ueritas autem est in iuramento vt hō nō neget verum nec affirmet falsum et non asserat scienter dubium: quia sermo est indicatiuus eorum que sunt in corde. Sed scitis quid est quando homo falsum testificatur per testimonium diuine veritatis? Hoc est dicere quod mentitur et diuina veritas mentitur secum: et hic est primus modus assumendi nomen dei in vanum quando negamus veritatem: secundo debet fieri iuramentuz assertorium cum iustitia. Justitia autez attenditur in eo quod iuratur: oportet autem quod iuramentum sit licitum: sic autē cū iustitia quando non contra mādatuz diuine legis: nec contra preceptū sancte matris ecclesie: nec in dispendiuz salutis proprie vel aliene iuratur. Et q contra ista tria iurat peccat dupliciter: q quia iurat et quia seruat. Tertio oportet quod in iuramento assertorio cōmittetur iudicium quod in medio sit distantia veritatis et iustitie: iudicium enim attenditur in distantijs vtriusq scilicet veritatis et iustitie: hoc est vt diligenter attendatur causa pro qua iuratur et modus quomodo iuratur: scilicet vtrum iuramentum sit verum vel falsum iustum vel iniustum fructuosuz vel non: et si iuro absq; iudicio non discernens inter ista tria temerarie iuro. Jsti tres sunt comites in iuramento assertorio. Sed manichei insultant nobis et dicunt quod non debent omnino iurare quare dicit in nouo testamēto scilicet in matheo. Non periurabis omnino: sed sit sermo vester est est non nō: certe dico quo ex certis causis bñ licet iurare: heretici non bene attendunt vim vocabulorum differt dicere non iurare omnino: et dicere omnino non iurare: sicut differt dicere quidam homo non currit et non quidam homo. currit omnino non iurare est nullo modo iurare et non omnino iurare est non omnibus modis iurare: sed ex causis certis: secundo debet nomen dei non assumi in vanum: in iuramento promissorio. Fit autem iuramentum promissorium tribus modis ad promouendum bonum q ad conseruādum fidelitatem et ad manutenendum mutuam pacem.

Primo modo iurant inferiores superioribus.

Secundo modo pares paribus.

Tertio superiores inferioribus.

¶ De primo dicit apostol⁹ Testis mihi deus est. ¶ Scōo iuramento iurauit laban fidelitatem Jacob. ¶ Tertio modo iurant superiores protegere populum. Ex primo iuramento triplex prouenit vtilitas: fides in intellectu amor: in affectu: pax in effectu. Jstis trib⁹ modis fit iuramentum ad promouendum bonuz. Scōo modo fit iuramentū ad conseruā dū fidelitatē: q hoc fit ad cōpescēdū malitiā ad sedandū cōtrouersiā q ad expurgandū infamiā: dico primo q fit ad cōpescēdū malitiā: vt hō non neget verū nec affirmet falsitatē: et hec ratio est vtilitatis iuramēti. Secūdo modo fit ad sedā dum controuersiam. Unde Apostolus. Omnis cōtrouersie finis est iuramentū. Tertio fit ad expurgandū infamiā: vnde in Leuitico dicitur q maiores deberent se purgare per iuramentū quando inueniebaī cadauer mortui. Jstis trib⁹ modis fit iuramentū ad conseruandum fidelitatē. Tertio mō fit iuramentuz ad manutenēdū mutuā pacē: q in hoc intelligitur cohabitatio peccatorū mortaliū: q omnis iuratio vana est periculosa: falsa q pernitiosa: nulla autem est secura. e

propter hoc dicitur in Ecclesiastico. Iuramento autem non assuescat os tuum. Iste est intellect⁹ litteralis. ¶ Spiritualis vero intellectus ¶ Non assumes &c. est autē assumi nomē dei non in vanum tribus modis: scilicet ad efficiendū: ad promittendū: et ad exprimendū. Primo dico q⁹ assumitur nomen dei non in vanū ad efficiendū vt in sacramentis sicut dicitur baptisato Baptiso te in nomine patris ⁊ filij et spiritussancti. Secūdo fit iuramentū ad promittēdū sicut promitto ire ad sanctū Jacobū vel intrare religionem per iuramentū. Tertio assumimus nomen dei non in vanum ad exprimendum: sicut quando loquimur cum iuramento: et circa hec tria accipim⁹ nomen dei in vanū scz per frustrationē sacramenti suscepti: per fractionem voti: ⁊ per prolationē sermonis blasphemi. Primo dico accipimus nomen dei in vanū per frustrationē sacramenti suscepti: et sēm hoc triplex est gradus assumēdi nomen dei in vanum.

Primo modo quando aliquis nō credit sicut hereticus.

Scdo mō qñ credit ⁊ se nō disponit sicut vsurarius ⁊ omnis malus christianus. vnde dicit ps. Cor eorum vanū est.

Tertio mō gfaz in sacramento suscepti non seruādo: sicut ille qui postea peccat. Audi qñ eos insignit⁹ in nole dei tūc caracter tibi imprimitur per virtutem nominis dei: et quando homo peccat postea euacuat virtutē sacramenti. De talibus dicit apostolus ad Titum. Confitentur se nosse deum: factis autem negāt ⁊ conculcas ⁊ pollutū ducis sanguinē christi qui ablutus es in sanguine christi. Secundus modus assumendi nomē dei in vanum est per fractionē voti: et hoc tribus modis.

Primo per dilationem irrationalem: sicut promitto ire ad sanctum Jacobum et non assigno mihi certum tempus: et sic semper pro crastino habendū est.

Secundo fit fractio voti per vocem contrariaz: sicut quis promittit deo aliquid et postea permutat. Cōtra tales dicitur in Deuterono. Si quid processerit de labijs tuis non facias irritum.

Tertio fit fractio voti per apostaticā rebellionem: sicut cum homo apostatat a religione.

Primus modus est malus. Secūdus peior. Tertius pessimus: qz dicitur in Prouerbijs. Apostata vir inutilis: vnde in ecclesiastico dicitur. Si quid vouisti non moreris reddere. Displicet enī deo stulpta et infidelis promissio. Patet modo quomodo tribus modis in fractione voti assumimus nomen dei in vanum per prolationez sermonis blasphemi: et hoc fit tribus modis.

Primo quando aliquis loquens de deo maledicta locutione vtitur sicut quando maledicit deo.

Secūdus modus est per locutionē mendacem: sicut quando quis affirmat falsum vel negat verum: quia dicit Anselmus q⁹ omnis contradictionis nobiliot pars deo attribuenda est.

Tertius modus est per locutionē exprobrosam: sicut quando quis loquitur de membris christi exteriorib⁹ blasphemat pessime etiam si verum dicat: et christus despicit in eo quod humilis fuit: ⁊ tales diuino iudicio sunt exterminandi. Narrat Gregorius q⁹ quidā puer quinq; annorum cōsuetus fuit deum blasphemare: quadam die cū blasphemaret ⁊ esset in sinu patris raptus est a demonibus ⁊ portatus in infernum. Propter hoc dicitur in Leuitico. Qui cunq; blasphemauerit morte morietur. Patet modo quibus modis assumimus nomen dei in vanū.

¶ Capitulum tertium.

MEmento vt diē sabbati sctifices. Misericordia dñi ab eterno ⁊ vsq; in eternum ⁊ iustitia his qui seruāt testimonium eius: indigemus misericordia domini condonante nostras offensas: ⁊ diuina iustitia recompensante nostra misericordia: sed timor dei facit inuenire misericordiam ⁊ obseruantia mandatorum iustitiam: cō

sideratio aūt magnificentie dei inducit ad timendū: cōsideratio aūt lucis diuine ad obseruantiā mandatoꝝ: ꝛ propter hoc innuitur nobis vt semp seruem⁹ diuinā legē. Unde iudei semp cōsueuerūt disputare die sabbati de lege dei: q hoc est opus dei vt et pfecte possimus loqui de lege dei: ideo in principio rogem⁹ dominū. Wemento vt diem sabbati ꝛc.

¶ Dicebā q in prima tabula cōmentur tria mandata ordinātia ad deū ſm tria appropriata tribus psonis diuinis. In primo mandato precipit humilis adoratio diuine maiestatis. In scō fidelis cōfessio summe veritatis. In tertio sincera dilectio diuine bonitatis: ꝛ hoc est tertiū preceptū ꝛ est summa verboꝝ. Wemento vt diez sabbati sanctifices: ꝛ sequitur. Sex diebus operaberis et facies omne opus tuū tu ꝛ filius tuus ꝛ filia tua ꝛ seruus ꝛ ancilla: iumentū ꝛ aduena qui est intra portas tuas. Sex eñ diebus fecit deus cēlū ꝛ terrā mare ꝛ oia q̄ in eis sunt et requieuit septima die: ideo bñdixit et sanctificauit illū dñs ꝛc. Uidete q in his verbis spūssancti qui scripsit tabulas: q̄ p spiritūsanctū digitus dei intelligitur: q̄ oia precepta sumpsit cū summa diligentia hoc scripsit insinuās mādati integritatem ꝛ psummationē. In hoc aūt mandato aliquid precipit: aliquid cōcedit et aliquid interdicit. Wemento ꝛc.

